



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pauli Segneri S. J. Instructio [!] Poenitentis,  
Confessarii, Et Parochi**

**Segneri, Paolo**

**Augustae Vindelicorum ; Dilingae, 1696**

Approbatio Florentina Editionis Italicæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52749)



## APPROBATIO FLORENTINA EDITIONIS ITALICÆ.

**T**Am doctè ad normam & amussim Fidei, tam ardentè cum pia moderatione, tam aptè artificio non profano descriptam hïc lego veram formam & Ideam Pastoris novi à scientissimò P. Paulo Segneri, ut Opus hoc Synopsin existimem, & meliorem succum Pastoralis S. Gregorij Magni, nec non stimulum Pastorum Venerabilis & doctissimi Archiepiscopi Braccarensis Bartholomæi de Martyribus, uti & profundarum Dissertationum coævi ejusdem P. Ludovici Granatensis, quibus gloriosus S. Carolus religiosissimam suam mensam frequenter condiebat, felleque oblectabat. Institutionem proin istam prælo dignissimam censeo, non minùs necessariam, quàm utilem statui Parochis cui juvando Author viginti novem ipsos annos Apostolicos labores exantlavit, tanto fructu animabus sacrâ suâ facundia allatum quantum ex libris retulit, qui facundo ejus & erudito ex calamo profluxerunt, summo & universali emolumento omnium, quos erudivit Institutionibus suis tam multis, quæ ab Apostolico hoc Paulo publicam in lucem sunt editæ. Ita affirmant res ipsa compellit & veritas, affirmoque ingenuè manu propria in Conventu S. Mariæ Novæ Florentiæ 6. Septembris 1691.

RAPHAEL BADIUS Ord. Præb.  
Consult. S. Officij Florent.

A. M.

SEGNERI  
CONCILIUM  
INSTRUCIO  
POENITENTIAE  
CONFESSORII  
PAROCHIAE